



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Differentia inter Ecclesiam Catholicam & schismaticam. tit. 186

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

pus concidunt, 1. Cor. 12. Et quantum in ipsis est, in  
terficiunt, pacē loquentes & bellum operantes. Nec  
peccatū est aliud quod facere possunt, quā est schis-  
matici. Iudicabit autem Deus, id est, condemnabit o-  
mnes, qui sūt extra vnitatē Ecclesiæ, &c. Erasmus in  
prefatione libror. S. Irenæi; Deus non est author dis-  
tensionum, sed pacis, qui pér filium suum pacificauit  
ta, quæ in cælis, & quæ in terris sunt, Coloss. 1. Ergo  
qui concuriunt orbem dissidijs, parentem habent e-  
um, qui prius seuit discordiam inter Deum & homi-  
nem, Genes. 3. Hic segetem Euangelicæ doctrinæ vi-  
tiauit Matth. 13. per tua zizania. Tales ergo quomo-  
do erunt in via salutis, & de amicabili concordia in  
Psalm. 83. Impijs, qui in religione ac fidei dogmati-  
bus dissentīt, nullū est cōmune tabernaculū, sed im-  
pij cū impijs dissidēt varijs modis &c. Sectæ dicūt,  
nos sumus vera Ecclesia. Sic Iudæi dixerunt Christo,  
Nos sumus filij Abrahæ, Io. 8. at Iesus: Si esseris filij  
Abrahæ, tunc etiam opera faceretis Abrahæ. Si sectæ  
essent Ecclesia, etiam seruarent vnitatem & obedien-  
tiā, &c.

## DIFFERENTIA INTER

Ecclesiam catholicam &amp; schismaticam.

## TITVLVS CLXXXVL

**P**RIMÒ, Ecclesia catholica est congrega-  
tio, quæ vñanimiter per totum orbem  
credit in Christum, & conformiter vti-  
tur sacramentis, & dicitur ideo catholi-  
ca, id est, vniuersalis quod per totum or-  
bem cit diffusa, Psalm. 106, & 112. A solis ortu vsque  
ad occatum. Genes. 22. In semine tuo benedicentur  
omnes gentes. Marc. vltim. Ite in mundū vniuersum  
&c. Vera ergo Ecclesia per totum orbem est diffusa,  
& non est nisi vna Ecclesia, vnum corpus, 1. Corinth.  
12. Vnū ouile, Ioan. 20. Vnus panis, 1. Cor 10. vna ar-

c2

ca Noë, Gen. 7. Vna domus Dei, i. Timoth. 3. Sic est nisi vna fides, vnum baptisma, vnum Christus, non Deus, Ephes. 4 Christus, fides, sacramenta, Ecclesia, non possunt esse diuisa, neque spiritus sanctus, qui diuisus esse non potest.

Secundò, Ecclesia sectaria, est congregatio fœcetus, qui nec cum vniuersali Ecclesia catholicavani. miter credit vel vritur sacramentis, sed haber propriā quandam & exquisitam formam credendi in Christum, & propriū vsum sacramentorum, cum separatiōne & inobedientia Ecclesiae catholicae ac prelatorum eius: de illis i. Ioann. 2. dicitur, Exiérunt ī nobis sed non erant ex nobis, & rumpebatur rete discipulorum, Luc. 5. vbi ruptura vnitatis Ecclesiae præfigurata est. Sic rumpebant rete vnitatis in veteri testamento Dathan, Choré & Abiron, Num. 17. & in novo. testamento innumerī, vt Arrius, Donatus, Vuigleff, &c. & hoc permittit Deus, vt probentur electi, i. Cor. 11.

Tertiò, omnes doctores ab initio ex scripturis docuerunt, quod illi qui in vnitate Ecclesiae catholicæ perseverant, veram habent vtilitatem & efficiam sacramentorum & Spiritum sanctum. Extra autem vtilitatem illam, licet sacramenta verè conferantur, id est baptizent, prædicent verbum, communicent eucaristiā, &c. habeant céremonias: hæc tamen omnia si ne vtilitate & operatione gratiæ fiunt propter labem schismatis. i. Cori. 13. Si habuero omnem fidem, non autem charitatem, id est, vnitatem, Matth. 5. Vadere conciliari fratri tuo primū &c.

Hanc doctrinam, inquit Augustinus de vntico baptismo contra Petilianum cap. 9. contra omnes nebulae falsitatis custodimus. Si quis extra Ecclesiam baptizetur, inesse illi quidem baptismum, sed non profidet propter labem schismatis. & libr. 4. contra Do. natistas cap. 18. Hæreticus extra Ecclesiam licet alio. qui sit vir bonus, probus, &c. non tamen saluabitur. Gal. 5.

Balat.5. Sectæ regnum Dei non possidebunt. & lib.1.  
contra Donatistas cap 12. Quicquid boni attulit sa-  
cramenti sanctitas , illicè codem puncto tollit labes  
schismatis, & redire facit peccata, sicut patet de seruo  
nequam Mat.18. & in Epist. 165. Si angelus de celo ve-  
tret & diceret, suscipe patres Donati, &c. & lib.1. cō-  
tra Donatistas, cap.8. Quid prodest habere membra  
lina, si cor est vulneratum? Hæc est ratio & causa pug-  
ni inter Ecclesiam catholicam & sectariam.

Quæ est causa, quod iste articulus fidei, Credo vna  
vtholicā Christianam Ecclesiam, non curatur & pen-  
satur? Respondeo, hoc sit instinctu satanæ. ille per-  
mituit ut credas omnes reliquos articulos fidei, acci-  
pere omnia sacramenta, cæremonias, &cæ. non mul-  
tim impugnat, sed solùm hunc articulum eripit ex  
corde, ne curetur, nam scit, quod extra unitatem Ec-  
clesie non prosunt utiliter omnia illa. Ideo suggerit  
homini, ut contemnatur hic articulus, &c.

*AN NUDVM VERBVM DEI*  
*constituat sensum Ecclesiæ,*

**P**RIMÒ, ex quo omnes vntuntur verbo  
Dei, sacramentis, cæremonijs, tam qui  
sunt Ecclesia catholica, quā qui extra:  
Quæ causa, quod non vbiq[ue] sitvera Ec-  
clesia, verus cultus, vtilis v[er]sus sacramē-  
tum & cæremoniarū? Respondeo Prima causa, est  
prava expositio & allegatio scripture, vt Mat.26. Hoc  
corpus meum: quam Ecclesia catholica intelligit  
realiter, sectæ figuraliter in signo, &c. Ergò non solū  
verbum, si deest catholica inter pretatio, constituit  
sensum Ecclesiæ. Separant ergo se sectarij ab Eccle-  
sia singulari scripture intellectu, præferunt enim  
proprium suum sensum toti Ecclesiæ.  
Secundò non habent unitatem, nec cum Ecclesia  
vaiuer-